



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

An idem possit Subdiaconus. n. 43.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

## CONFERENCE, XIX.

**A**bsente Parocho affertur baptizandus infans, qui, nisi statim baptizetur, morietur absque Baptismo, itaque præsens Subdiaconus baptizat ipsum solemniter: an bene; &c. Subdiaconum tunc incurrere irregularitatem decretam *cap. 1. de clerico non ordinato ministrante*, in illos, qui non ordinati ministrant vel baptizant, 43.

## CONFERENCE XX.

**P**uerpera, verita non proles, quæ jam incipit egredi ex utero, morietur priusquam tota edatur in lucem, dixit adstanti mulieri, asperge aqua partem, quam vides egressam, ego interim proferam verba præscripta: an bene. 44.

**RESOLUTIO**: Speculativè loquendo Baptismus fuit nullus, adeoque absolutè repetendus, si infans totus edatur in lucem. Ratio est clara: quia Forma tunc non fuit vera: puerpera enim, quæ dicebat: Ego te baptizo, non baptizavit, sed altera mulier, quæ asperxit.

Dixi autem, *speculativè loquendo*, quia præctice aliter sentiunt *Caier, Marsilius, Hurtad, & Capeaville apud Gobat. tr. 2. casu 4. n. 146.* qui ait: Si fuit præsentissimum periculum mortis, & altera mulier erat imperita formulæ tanque hebes, ut non potuerit voce sequi præcunte verba, potuit, imo debuit puerpera